HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

accipite uxores & generate filios. & post alia uxores erant. Nouos inducant prophetas uri quisunt in medio uri. & diuinitus uri. ac deinde quia falsa fati prophetant uobis in nomine meo. & non misi eos dicit dns; intellegens semeiam sub communi nomine pseudoprophetarum contra se scribtum. Mittite litteras hierusalem ad sophoniam filium maasiae sacerdotem & ad reliquos sacerdotes contra hieremiam quare non increpetur a sophonia sacerdote cuius officium est discernendi inter prophetas qui spuscō loquantur. Qui con uicto & reclusi iubeatur in carcere. ut mendacii sui poenas luat. & populum ultra supplantare desistat; ioiade. sacerdos fuit qui ioas post interfectionem gotholiae imperium tradidit. & interfecit sacerdotem baal; hoc est ergo quod scribit. Quare non fecisti ioiade. sacerdotem. & interficis hieremiam pseudoprophetam dns enim te proioiade. constituit ut habeas curam templi. & praecipuae discernas qui sō spū loquantur: quidemonicō; discretione autem spiritum dominicae. eer gratiae. & apostolus memorat. Cur inquid non increpuisti hieremiam anathothiten. qd ipse merebatur quasi pseudoprophetam reset in prophetia & praeuenit mendatio ueritatem. Unde & prudentiores putantur: filii tenebrarum filiis lucis. in generatione hac nobisq: agentib: patienter. & expectantib: miserorum salutem. praeueniunt heretici & nos suo appellant nomine. ducentes cecis caecos in fouea; misit in quid ad nos in babilonem dicens. Longe est. haec est omne quod dolet; quare ad uersum suum mendacium. hieremias scribsert ueritatem. Longe esse reditum. & post lxx. annos rediturus in hierusalem. Unde & debere eos aedificare domos. plantare pomaria & comedere fructos eorum. Accipere uxores & facere filios quae prae & ueritatis sermonem tradit; quas litteras. Cum accipiss & sophonias sacerdos ad cuius specialiter nomen scribtae erant. Legit hieremias quomodo sigillans eum. & ipse increpans lectionem quare auder & in babilone alia scribere.

Et factus est uerbum dni ad hieremiam dicens. Mittite ad omnem uirum in gratiam dicens. Haec dicit dns ad semeiam neellamitem. pro eo quod prophetauit uobis semias. & ego non misi eum. & fecit uos confidere in mendacio. Idcirco haec dicit dns. Ecce ego uisitabo super semeiam neellamitem. & super semen eius non erit uir sedens in medio populi huius.